DE

OMITU GRAVIDARUM.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA,
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
RATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI,
UT SUMMI
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE SIBI CONCEDANTUR,
DIE XXVIII. M. APRILIS A. MDCCCXXVIII.
H. L. Q. S.
ALAM DEFENSURUS EST

AUCTOR
R. GUIL. FERD. THEOD. BRANDT,
SEEHUSIENSIS.

OPPONENTIBUS:
B. KESSLER, MED. ET CHIR. DD.,
C. SCHIEGNITZ, MED. ET CHIR. DD.,
J. SYDOW, MED. ET CHIR. CAND.

BEROLINI,
LITTERIS AUGUSTI PETSCHII.

VIRO

AMPLISSIMO, NOBILISSIMO, AC GENEROSISSIMO,

JOH. G. W. STOOFF,

ARCHIVARIO PUBLICO, LITTERARUM CULTORI VENERANDO,

AVUNCULO

DE SE OPTIME MERITO

HOC

OPUSCULUM GRATO PIOQUE ANIM

D. D. D.

AUCTOR.

Quamvis exiles tantum Tibi, Vir praec rissime, gratias pro ingentibus illis Tuis de r meritis, hocce meo opusculo, agere possi tamen insignem tuam humanitatem mihi i dulturam esse, spero, semper enim Tibi p suasum sit, ut, quaecunque vires mihi insi ad tuum mihi reconciliandum favorem ad biturus sim, semperque omni studio, ut m faveas, petam. Vale atque etiam vale!

PRAEFATIO.

Mortalium in morbis res externae non majorem habent vim, quam insita corpori ipsi natura, neque enim rarissime eam jam in foetibus deperditam esse cognoscimus, quippe quos modo editos jam funestissimorum morborum materia impletos videmus. Praeter haec mala innata, multae morborum causae cibo, cujus usus quotidianus valetudinem labefactat, nascuntur; nec paucas morborum causas hominum occupationes et vitae conditiones afferunt, quarum vim noxiam evitare non semper possumus.

Mulieres, quae a natura majori sensibilitate praeditae sunt, quam viri, multo propensiores sunt, jam a tenera juventute, ad morbum accipiendum, quae conditio menstruationibus, pubertate provocatis, maxime augetur. Nec levissimi feminarum morbi e graviditate exoriuntur, quorum plerique medicamentis sanari non possunt. Ad periculosissimos, quibus mulieres gravidae laborare solent, morbos vomitus referendus esse mihi videtur: eamque ob causam hunc morbum argu-

mentum dissertationis mihi proposui. Quamvi jam ante me multi iique doctissimi gravissimiqu viri hunc morbum eximia cum laude descripse rint, ejusque causas diligentissime perscrutati sin tamen ego eandem rem dissertationis argumen tum mihi sumsi, quum facultatem ad hoc nego tium perficiendum mihi non defecturam esse spe rarem; verumtamen in re ipsa tractanda viriun tenuitatem ingeniique mediocritatem cognovi. In dulgeatis igitur, lectores humanissimi libello nev irascamini temeritati, quippe quae argumentun ad peragendum difficillimum sibi proposueri Neque vero ego de hac re dissertationem con scribere jam nunc conatus essem, nisi aliquantu lam de morbis feminarum gravidarum cognitio nem consecutus esse mihi viderer.

Feminarum organismus sic constitutus est, ut, ubi ad maturitatem pervenerint, e viro concipere possint. Mulieris est, ut ad hominum genus propagandum contribuat, ipsique hujus muneris major pars adscribenda est. Neque vero hoc hominum pariendorum munus sine ullo vitae periculo esse putare debemus, e contrario multi et vehementissimi morbi mulierum ex graviditate nascuntur. Plerique gravidarum morbi causam habere mihi videntur in illa maxima gravissimaque corporis commutatione, cui feminae obnoxiae sunt, non solum in eunte, sed etiam finiente graviditate. Multos quidem morbos inveteratos non rarissime, tempore graviditatis, ex mulieribus decedentes videmus, quibus etiam phthisis non non raro adnumeranda est, sed multi alii morbi e. c. vertigines, nauseae, anxietates, dormiendi cupiditates, vomitus tam frequenter cum graviditate conjuncti sunt, ut doctissimi medici, iique diligentissime hanc artem exercentes, illas morborum species, symptomatibus graviditatis essentialibus adscribendas esse putaverint. Sed mihi quidem haec opinio nec optima, nec veritati proxima esse videtur; nam quamvis mulieres gravidae et praesertim sensibiles earum et imbecilles, quae morbo hysterico cruciatae sunt, saepissime vomant, tamen mulieres, quae sanam corporis constitutionem habent, illis symptomatibus, quae dicuntur graviditatis essentialia, nequaquam obnoxias esse, experientia nos docet. Neque quisquam

mulieribus rusticis, extra urbem viventibus vomitus aliasque gravidarum molestias in usu esse contenderit. Nam feminas vitam nimis otiosam refugientes, saepius ambulando, corpus exercentes, cupiditates coeundi, ciboque assumendi coercentes, raro et levi tantum vomitu in graviditate affectas videmus. Gravidarum dispositio ad vomendum interdum est tanta, ut memoria rerum fastidiosarum ad provocandam ciborum eruptionem jam sufficiat. Cum hoc omnium fere rerum fastidio, quo gravidae mulieres afficiuntur, salivatio quaedam interdum conjuncta est, quae non sine magno labore deprimi potest. Nec paucis ventriculus intumescit, et valde sensibilis redditur. Quae sensibilitas ita adaugeri potest, ut gravidae regionis epigastricae compressionem pati non possint. [1]).

Alias autem tanto ventriculi et intestinorum torpore laborantes vides, ut etiam laxantia drastica effectum non probent, emeticaque, si dederis, vomitum provocare non possint. Vide libr. supra citat. pag. 189. Neque vero quisquam negaverit, vomitum mulierum gravidarum ad conservandam earum valetudinem saepe permultum conferre. Morbi enim graviores eas corriperent, nisi vomitus impetu materias nocentes evacuarent; contusione, semper cum vomitu conjuncta, effectus salutares nascuntur, sanguinis et humorum stagnationes dissolvuntur, auctaque sensibilitas nervorum diminuitur. Quamvis mulierum gravidarum vomitus sine dubio saepissime utilis sit ad servandam corporis valetudinem, tamen morbus nominandus esse mihi videtur. Etsi

[1]) Dr. J. E. *Aronson*, Kunst das Leben des schönen Geschlechts zu verlängern. Berl. 1805.

enim plerique medici vomitum praegnantium ad conservandam sanitatem plurimum conferre non falso crediderunt; tamen ob effectus interdum salutares, quibus aut systema nervorum tranquillum redditur, aut materiae ad ventriculi naturam non spectantes expelluntur, aut obstructiones solvuntur, vomitus e numero morborum nequaquam ejiciendus esse mihi videtur [1]; saepissime enim morbi acuti et chronici eruptione exanthematis, febris intermittentis etc. sanantur, neque vero unquam cuiquam in mentem venit, morbos esse negare. Nam natura saepe in gravidis vomitus provocat ad morbos gravissimos sanandos.

DECURSUS MORBI.

Vomitus praegnantium morbis chronicis adnumerandus est, et modo certum typum habet, modo illo caret. Tempus vomituritionum in singulis gravidis varium est, interdum vomitus graviditate ineunte nascuntur, et paulo post evanescunt, interdum usque ad sextum mensem perdurant, et, aut sponte, aut medicamentis sanantur. In nonnullis vomitus aliquid temporis post conceptionem nascitur mox autem desinit, tum denuo in partu exoritur, et foetui ejiciendo maxime favet: multae autem mulieres per totum graviditatis tempus ad vomendum se inclinant.

Quod attinet ad tempus graviditatis et ad horam et ad causas excitantes, modus et ratio vomi-

---

[1]) *A. E. v. Siebold*, Handbuch zur Erkenntnifs und Heilung der Frauenzimmerkrankheiten T. II. Frankfurt a. M. 1823. Seite 5.

tuum varius, neque alter vomitus alteri in omnib
rebus aequalis est.

1) Aliae mulieres mox post conceptionem p
tium gravitate, taedio laboris, lassitudine, capi
dolore, maxima soporis inclinatione, taedio cib
rum antea exoptatorum, afficiuntur; aliae cibis ali
quin odiosis maxima cum voluptate vescuntur; ali
gravidae majore quam solebant salivatione affect
sunt, quarum nausea et vomitus plures hebdom
des et menses perdurat, tunc abit, sed nono a
decimo graviditatis mense revertitur, quod fieri s
let, quum mulieres aut magnos liberos aut gemin
in utero habeant, aut foetus valde se movet vel u
rus magna aquae multitudine nimis impletus est

2) Multarum gravidarum vomitus non cer
temporis puncto adjunctus est, sed qualibet ho
erumpit.

Ad vomitum aliae mulieres jejunae hora m
tutina inclinant, aliae dum aut cibo vescuntur a
eum concoquunt, vomitum facere solent; aliae ho
vespertina aut nocte vomere solent, quarum iteru
alterae facillime, alterae non sine magna opera v
mere possunt.

3) Nec rarissime mulieres inveneris, quae
graviditate, nisi excitentur, non vomunt, in quib
coitus aut motio nimis magna morbum provoca
nonnullas usus, aut odor rerum quarundam ad v
mitum concitat, nec desunt, quas jam memoria t
lium rerum, ut vomant, commoveat; aliae vomi

---

[1]) Dr. *Samuel Gottlieb Vogel*, Handbuch der praktisch
Arzneiwissenschaft. Stendal 1820. T. V. pag. 215.

remittente cibos assumere possunt; aliae autem ob ventriculi irritabilitatem captos evomunt.

4) Materiae vomitu expulsae maxime inter se differunt, quum cibi paulo ventriculo adducti, mucus et bilis ejiciantur. Gravidae plerumque mane fluida pellucida sine sapore et odore vomitu projiciunt. Raro et praecipue robustae mulieres et validae et plethoricae, catameniis valde profusis laborantes, sanguinem edunt.

AETIOLOGIA.

Vomitus expulsio violenta contentorum e ventriculo, dein etiam ex intestinis; tandem e visceribus eo se evacuantibus, agnoscit convulsionem fibrarum muscularium, faucium, oesophagi, stomachi, intestinorum, diaphragmatis, musculorum abdominalium pro causa proxima; pro remota vero omnia, quae irritando fibras descriptas, vel viscera facile convellenda stimulant. In universum eaedem causae quae non gravidis vomitum movent, etiam apud gravidas eum excitare possunt. Ventriculi debilitas, nervorum major sensibilitas, prava diaeta et quae ad quantitatem et qualitatem pertinent, vermes, obstructio alvi, faeces accumulatae etc. etc.

Vomitus vero causas et in disponentes et occasionales mihi dividere liceat. In universum cuique mulieri vomendi dispositio inest; propria vero dispositio tunc invenitur, cum mulier gracili, irritabili constitutione est praedita. Quae vero mulieres nervorum debilitate, hysteria insignes sunt, raro imo fere nunquam ea carent.

Conceptione vero irritabilitas non solum genitalium systematis, sed etiam totius corporis auge-

tur; jam debiliora incitamenta, quae aut ventri
lum ipsum afficiunt, aut consensu irritant, i
causas sunt referenda. Gravidarum enim vom
est vel idiopathicus vel consensualis. Quorum i
pathicum nominamus illum, cujus causae in v
triculo ipso inveniuntur: aucta irritabilitas, so
gastricae etc. quae solito comitantur graviditate

Vomitus autem consensualis, eo, quod con
tione irritabilitas systematis genitalium augetur,
inde quod majores humores eo confluunt, qui
penduntur in ovi productionem, et accrescentis
goris genitalium, et extensionis vasorum, effici
Quibus humoribus detractis, eorum diminutio
solum in caeteris organis, sed etiam ventriculo, c
sequitur. Qua ex re fit, ut auctus irritabilitatis
dus praecipue in sensibilibus mulieribus exoria
quare jam res minoris momenti vomitum excit

Deinde ad causas vomitus spectant:

Uteri major delapsus, reclinatio aut procli
tio, quae caussae imprimis altero aut tertio me
graviditatis, inveniuntur. Situ vero abnormi
ejus adscensione ex minore in majorem pelv
sublato, jam ultro desinit. Nonnullae gravidae t
tum ultimis mensibus evomunt, praesertim, ut j
supra dixi, majoribus infantibus, geminis, forti
eorum motibus, et utero aqua in majus extento

Evomunt vero quoque si concumbant in
graviditatem, atque maxime, si immoderate co
fruuntur. Non raro vero mulieres robustae at
validae propter sanguinis congestiones evomunt,
qua re regionis epigastricae dolores, anxietas, p
sus plenus durusque etc., in universum symptom
nimiae sanguinis copiae existunt.

Nono vero mense graviditatis tam valde uterus est expansus, ut facile compressione mechanica nocere possit ventriculo; facile autem haec causa adducitur abnormi situ, vestibus angustis, cum mulieres minore motu utantur. Interdum autem hepar, vesicula fellea utero premuntur, unde biliosus vomitus originem ducit. Usitata vomitus causa decimo mense, qua aut exoritur, aut etiamsi prius aliis causis provocatus, jam aderat, perdurat, est uteri delapsus, qui hoc mense reperitur. In alvi vero majore proclinatione ventriculus saepissime inusitata atque cum hac proclinatione conjuncta extensione ipsius ejusque omenti, ad vomitum incitatur. Frequens vero vomitus efficitur ventriculi debilitate et accumulatis sordibus in ventriculo, quae duplici modo exoriri possunt:

1) Cuinam non notae sunt gravidarum cupiditates, quarum tanta est varietas, ut omnes enumerare difficillimum sit. Id vero constat, saepe in iis vomendi causam esse quaerendam.

Etenim si gravidae non desinunt omnes cupiditates, quamvis amentissimas, sibi contrarias, explere, cujusvis modi indigestiones efficiunt et stomachum debilitant.

2) Vomitus consensualis idiopathicum efficere potest. Quod si ille per aliquod tempus continuatur, concoquendi vis imminuitur, ita ut interdum etiam leviores cibi digeri non possint, quare vomitus, occasione etiam non oblata, tamen permanet. Alia causa in alvo semper obstructa et faecibus praesertim postremis graviditatis mensibus congestis, ponenda est; quae obstructiones tum gravido utero in intestina, imprimis in intestinum

rectum premente, tum herniis incarceratis vesicae seu intestinorum, efficiuntur. Deorganisatione porro omentique et intestinorum flexurarum utero adhaesiones saepe movent continuum vomitum. Quae adhaesiones aut ex praegressis veris alvi inflammationibus, aut ex majore ejus adstrictione oriuntur in qua re singulae partes situm commutant et sibi contrariae sive per longum, sive per breviu temporis spatium sese attingunt.

PROGNOSIS.

Qui vomitus primis graviditatis mensibus exortus, neque continuus neque vehementior est, paullatim et sponte desinit sine periculo. Natura enim sapientissima in suis legibus eam movet persecutur prudentissima quaeque consilia. Quae vero, quam quam saepe alta quasi caligine, quam mortalium vi diffundere non posse videatur obducta sunt, homi nesque temere interdum morbi symptomatibus re luctantur, tamen hoc loco forsitan illa aegrotae uti lissima sunt. Itaque utilis esse potest levis vomitu per primos graviditatis menses, quo indigestiones damnosae materiae amoventur, quae, aut externa in stomachum pervenerunt, aut in ipso natae sun Deinde verole ni vomitu gravidae impediuntur, quo minus cibos, qui haud facile coquuntur, commedan quam ad rem saepius perversis cupiditatibus addu possunt. Gravidis porro salutem conciliant vomitu dum obstructiones alvi, quae expanso utero existe solent, iis dividuntur.

Omnino autem prognosis vomitus fingitur a causas, et temporis spatium, et intensitatem et co poris constitutionem, denique ad materias quae a

aegrotis evomuntur. Mihi hoc loco jam sententias quae sequuntur constituere liceat. Vehementior vomitus, atque rarius intermissus, ac denique apud eas, quae antea jam abortum fecerunt, exortus non est faustum, ut ita dicam, omen, quare, ut totum in hanc rem medicus convertat animum, necesse est [1]. Continuus et vehementior vomitus succis amissis magnum damnum, quin imo vitae periculum afferre potest, concoquendi organa extenuat, abortum efficit, aut iniquam producendi vim matris reddit, denique quominus foetus numeris suis sit perfectus, impedit. Idem quoque saepissime efficit, quod interdum consulto excitata purgatio: ut debilium et tantum male alitorum infantium partus, et macies viriumque defectio gravidae ipsius existant, et prognosin turbent. Ramices, prolapsus vaginae et uteri reddunt continuum vomitum ac periculosissimum, qui autem indigestionibus et sordibus adducitur, plerumque apte adhibitis remediis reprimi potest. Si vomitus tam vehemens redditur, ut cruor evomatur, prognosis dubia est, neque raro aegrota morte abripitur [2]. Prognosis quoque dubia est in vomitu per primos graviditatis menses, si causa vel in descendente vel in proclinato reclinatove utero ponenda est. Etenim his rebus, quominus ovum conformetur, impeditur, neque raro spasmi, convulsiones, sanguinis profluvia, denique abortus exoriuntur: quae cum ita sint, repositione consecuta, vomitus desinit. Qui damnosus ac repressu difficilis,

---

1) *P. Frank.* Interpret. clin. T. I. p. 154.

2) *Selle's* Neue Beiträge zur Natur und Arzneiwissenschaft. T. III. S. 112.

haud raro mortis discrimen affert, cum et con
tio omenti et intestinorum cum utero in causa
atque periculosissimum et malum, si gravida
lum prorsus cibum capere potest; sin autem
manet, atrophiam, ileum, convulsiones, abortus,
morrhagias producit, et omnino momenta naus
majoris et pertinacis.

THERAPIA.

Corpus inter vomitum in ea collocatione,
qua quisque facillime vomit, est ponendum.
rumque si aegrota latere sinistro incubat, pr
pere vomitus procedit [1]. Quaecunque circu
tioni nocent, pulmonum functionem turbant, m
culorum abdominis et diaphragmatis contracti
obsistunt, sunt rejicienda. In gravidarum curati
medico praecaute agenti, convenit, ut causarum
tionem habeat; vomitum, ex irritatione sola v
triculi sympathica exortum, requiescere nolit,
magno studio ei inquirendum est, num aliae ads
causae, quae vomitum moverent.

Indicationes:

Quomodo causae tollantur.

Cum minus valida atque aucta stomachi irri
tione vomitus efficitur, haec imminuatur necesse e
quae causa aut constitutione tenui, gracili aut te
peramento perspici potest.

Porro vomitus exoritur sine continuo taedio
vomiturionibus paulo post cibum captum, ut,
primis producatur, mane mox postquam gravida s

rexe

[1]) *Meziers* Aufsatz in der Salzburger med. Zeitung 17
Tom. II. S. 33.

rexerit atque coierit, deinde vero impetu et perfrictione stomachi efficiatur. Ad quam rem prohibendam partim externa partim interna remedia commendantur, quae auctam irritabilitatem imminuant; in quibus sunt digna medicamina interna, quae appellantur.

Infus. menth. pip., menth. crisp. frigide paratum, nec non Infus. Melissae, flor. Naph., Cortic. cinnamom. Maximam interdum vim exercent Aq. melissae et Aq. cinnamom. partes aequales. Cum conditio aegrotarum alia est, Potio sic dicta Riveri, quae exstructa est Infuso aromatico, praebet maximam utilitatem e. g.

Rec. Natr. carbon. ʒjj
Succ. citr. rec. expr. s. q. ad saturat. perfect.
Aquae Melissae
— Cinnamomi aa ℥jj.
Sacch. albi q. s. ad sapor. gratum. DS.

Neque minorem habet effectum radix ipecacuanhae, si refractis dosibus adhibetur, per se, vel pulvis Doweri. Alius vomitus cyatho frigidae aquae pleno vel perfrigido potu, Bischoff [1]) nominato, quin glacie [2]) opprimitur. Ad res, quae potentur, aptissimae mihi videntur aquae, quae vernacula lingua appellantur Selter- Geilnauer- und Kissingerwasser, aut quae ex Maximiliani fonte oriuntur, aut id zythum potest commendari, quod multos humores acidos e carbonibus collectos, continet. Etiam Tinct. aromat. acid. Tinct. ambrae paribus partibus, Acid.

---

[1]) *Kleefeld* in *Hufelands* Journal 2. St. Febr. 1814. S. 73.

[2]) Dr. *Sam. Gottl. Vogel*, Handbuch der praktischen Arzeiwissenschaft T. 5. Stendal 1820. Cap. VI. S. 312.

muriat. oxygenat., Elixir acid. *Halleri* dosibus minimis interdum aegrotis medetur. Insignem vero interdum affert utilitatem Cremor tart. et Sacch. alb. [1]) quod multa aqua ad potandum solvitur, aut si Cremor tart. c. magnes. carbon. miscetur [2]). Stomachi irritabilitas saepe tantopere aucta est, ut interna prorsus nulla medicamenta ferri possint, et vulgo gravida jam vomit, cum mane surgit, aut ubi minimum aliquid cibi cepit. Si ita res sese habet nulla prosunt interna medicamenta, et medicus ad externa confugere debet, quae aut infricantur, aut si id jam nimis irritat, emplastra sunt, quae ad regionem epigastricam applicantur, aut clysmata ... adhibenda antispastica. Jam initio in regione ... gastrica ponatur charta bibula, quae misceatur aethereis medicamentis, ut sunt: Olea aetherea, ... sentia macidis, soluti balsami peruviani etc. Aegroti deinde commendentur pannus laneus tenuior, pellis felina et leporina. Utiles quoque sunt antispasticae infricationes ex Linimentis, spiritu et unguentis. Pari quoque modo aegrotis medetur Unguent. nervinum, conjunctum Tinct. thebaica vel ea privatum. Deinde inter medicamenta est referendum Butyrum nuc. moschat. et *Starkii* ungt. antispast. quod hoc fere modo componitur:

Rec. Ol. hyoscyam.
— pap. alb. aa ℥jß
Spirit. sal. ammon. vol.
Liquor. C. C. succ.
Laud. liquid. a ʒjjj.
M. D. S.

---

1) *Mursinna*, Krankheiten der Schwangern T. I. S. 86.

2) *Fielitz*, Med. Nat. Zeit. für Deutschland, April 1798 S. 220.

Emplastrorum vero magnam utilitatem afferunt: Emplastr. aromatic., foetid. in hystericis praecipue, Emplastr. opiatum, *E.* de *Galban.* crocat cum opio, E. e mica panis c. menth. pip. et Caryophyllis paratum etc. ad regionem epigastricam applicata. Cum his conjungi possunt derivantia medicamenta, lavationes pedum majus minusque irritantes et Sinapismi, Cort. Mezerei, qui suris applicentur, Clysmata etc.

Cum vero apud plethoricas atque validas gravidas, vomitus causa in sanguinis congestionibus quaerenda est, adhibita methodo antiphlogistica, inprimis universalibus et localibus, sanguinis detractionibus et salibus mediis, quae sensim sensimque purgant, et tartaro depurato c. Nitr. magnesia sulphurica. Aq. Carolinensi, summum auxilium feretur. Quodsi non raro graviditatis initio vomitus consequitur ex descensu, delapsu, vel prolapsu uteri [1]), aegrota, jam antea, exploratione vaginali interna facta, in apto situ est collocanda [2]), quo facto, repositio spontanea haud raro consequitur. Ultimis mensibus quoque saepissime pravus uteri situs, aut nono mense ejus impetus in ventriculum vomitum provocat, in quo similibus principiis est agendum. In mulieribus agrestibus saepissime pravus uteri situs prosupinus, cui ob multos iis impositos labores obnoxiae sunt, vomitus causa ultimis est mensibus. Quare iis librata collocatio, sacro osse sublevato per

---

1) *Carus*, Lehrbuch der Gynäkologie. Leipzig 1820. T. I. pag. 379. §. 494.

2) *v. Siebold*, Lehrbuch der theoretisch-praktischen Entbindungskunde. II. Bd. Nürnb. 1821. §. 233 — 298.

noctem et saepius interdiu, et fascia corpus cingen afferunt utilitatem. Indigestiones vero aut bilis a cumulata, quibus cum vomitus efficitur, methodu antigastricam, non raro emetica ipsa, postulan Quae tamen praecautissime inprimis inter tertiu et quartum, vel septimo graviditatis mense, et e tempore, quo gravida prius fortasse abortum faci bat, sunt adhibenda. Saepissime, ut vomitus mov atur nullo ipso emetico, tartaro stibiato vel radic ipecacuanhae opus est, sed tantum tepidis potis a que rebus, quae fastidium movent, ut calida aqu cui si placet admisceri potest, sale carens butyrun vel infusione flor. chamomill. Vomitus gravidaru biliosus succo aurantiorum dulcium saepe sanatur [1]).

Solito quoque vomitus adducitur, cum gravid alvo est adstricta, et plerumque permulta excr menta in intestinis sunt accumulata, quae cibis a concoquendum difficilibus, motus defectu, uteri in petu in intestinum rectum, exoriuntur; in quibu rebus medicus, quam potissimum causas occasion les amoveat. Diaeta restituta, clysmata solventia medicamenta, quae sensim sensimque purgant, c rationi respondebunt. In qua conditione maxim quae potentur sunt: aquae, quas nominamus Sei schützer- et Bitterwasser, commendandae, quibu gravidae mane utantur, et quibus usae moderat ambulent. Curationi quoque respondent Electu rium lenitivum, Ol. Ricini, Cremor tartari ur cum magnes. sulphur; in moliminibus vero haemor

---

[1]) *v. Siebold,* Handbuch zur Erkenntniss und Heilung d Frauenzimmerkrankheiten. T. II. Frankfurt a. M. 1823. S. 2 §. 22.

hoidum gravidae utantur inprimis lacte sulphuris.

Vomitu deinde graviditatibus extrauterinis, incarceratis vesicae, intestinorumque herniis exorto, chirurgiae disciplinis utamur. Sin vero in culpa vomitus sunt emetica vel abortiva consulto capta, indicationes a symptomatibus, quae adsunt, dependent.

Interdum vomitus gravidarum acerrimus, certis temporis spatiis redit, plures menses permanet, neque solum gravidas magnopere macerat, sed etiam quominus foetus nutriatur, impedit; tunc vero illius paroxismus cum febre junctus est, ex qua typus intermittens perspici potest, qua in re auxilium affert cortex chinae aut internus, si non evomitur, aut externus clysmate, vel emplastro in regionem epigastricam, adhibitus. Quodsi vomitus tantum in gradum auctus est, ut gravida nullos prorsus cibos capere possit, atque macies summa sit, clysmata nutrientia ex jure carnis elixae cum ovis intritis composita, balnea ex lacte cum sorbitione conjuncta, spongia nutrientibus fluidis impleta, quae in cavo brachio collocentur, maximi momenti sunt.

VITAE CURRICULUM,

EX DECRETO

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS ADJECTUM.

Ego Theodorus Friedericus Ferdinandus Guile-
mus Brandt die XXVI M. Febr. Anno 1804 patre o
timo, Friederico Guilelmo, et matre carissima, e gen
Adam, adhuc viventibus, natus, Evangelii confessioni a
dictus sum. Elementis literarum in schola domi floren
imbutus, anno MDCCCXIX Berolinum me contuli,
discipulorum numero Gymnasii Joachimici adscriptu
per spatium quatuor annorum ibi literis, quae viam
studia academica muniunt, instructus sum. Dein int
seminarii Friedrici Guilelmi medico-chirurgici alumn
receptus octo per semestria hisce interfui praelectionibus:

Illustr. Link de Botanice, historia naturali, et tox
cologia; Cel. Wolff de logice et psychologia; Illust
Rudolphi de Encyclopaedia medica, anatomia univers
comparata, organorum sensuum, entozoologia atque ph
siologia; Illustr. Knape de osteologia, splanchnologi
syndesmologia, et Illustr. Knape et Cel. Casper de ar
formulas medicas concinnandi, disserentes audivi; in ar
cadavera rite dissecandi Illustr. Rudolphi et Illustr. Knap
duces mihi fuerunt. Praelectiones Cel. Eck de physio
logia, Cel. Osann de materia medica et balneotechnic
audivi; Illustr. Hermbstaedt de pharmacia, Cel. Turt

de chemia, physice et pharmacia; Illustr. Frieder. Hufeland de pathologia generali, semiotice ac therapia et generali et speciali; Illustr. Horn de pathologia speciali, de morbis mentis et syphiliticis; Illustr. Kluge de chirurgia generali, de morbis ossium mechanicis, de arte obstetricia et de arte fascias rite imponendi; Nobilis de Graefe de akiurgia, Illustr. Rust de chirurgia universa et cursu operationum una cum Perill. Kluge; Illustr. Guilel. Hufeland de therapia tam generali quam speciali, disserentes, frequentavi neque abfui exercitationibus clinicis. Illustr. Hufeland, Illustr. Neumann, Nobiliss. de Graefe, Illustr. Rust et Illustr. Kluge.

Hisce studiis peractis, medici inferioris in nosocomio caritatis Berolinensi per annum munere functus sum. Jam vero tentamine atque examine rigoroso coram gratioso medicorum ordine rite absolutis, spero fore, ut dissertatione hac thesibusque conscriptis, et palam defensis, summi in medicina et chirurgia honores rite mihi concedantur. Quo facto Kemberg me conferre jussus sum, ut medico-chirurgi apud milites inferioris munera suscipiam.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Exanthemata acuta pro crisi habenda.

II.

Vomitus gravidarum morbus est.

III.

Graviditas contraindicationibus emeticorum nequaquam adnumeranda est.

IV.

Suicidium etiam in sanis occurrit.

V.

Nullus medicus nisi etiam Chirurgus.

VI.

Trepanatio statim post laesionem instituenda.